1014 Actum in Castro Premisliensi Feria Quinta post Festum Visitationis Beatissimæ Virginis Mariæ proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo primo

7/VII
1661

Zaboklicki alterum Quietat

Comparens personaliter coram Officio Actisque præsentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus Generosus Nicolaus Zaboklicki Generosi olim Andreæ Zaboklicki filius sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus suis quibusvis exemptis et competentibus recedens Sicque vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quoad actum præsentem seque cum successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporans atque subjiciens palam libere publice ac per expressum quietat Quia ipse Generosum Remigianum Zaboklicki Vexilliferum Terrarum Bielsensium et ipsius posteros de summa mille florenorum polonicalium sibi Relicta per eundem Generosum Remigianum Zaboklicki Patruum sui Relictis coram Actis Officii præsentibus in anno millesimo sexcentesimo Quinquagesimo Octavo præsenti modo simplicis debiti inscripta et super bonis suis quibusvis omnibus ad solvendum assecurata Nec non de eadem ipsa Inscriptione Debitorea Castrensi Premisliensi quietat eunt hic liberumque et absolutum perpetuo pronuntiat Inscriptionem praedictam Debitoream cum omnibus eius punctis conditionibus vadiis ligamentis in toto et per omnia cassat mortificat et annihilat Recognoscens sibi summam suprascriptam realem solutam esse Absolutioni Recognoscens sibi et suis posteris perpetuum imponit silentium.

Actum in Castro Premisliensi

Feria Sexta